

DE
REGALIBVS
TRACTATVS
AMPLISSIMVS.

In quo Magistratus, Munera, Officia ad Regiam Collationem spectantia; illorumque Natura, Dispositio, Successio, Nominatio, Resignatio, ac Deuolutio nunc primùm dilucidantur, ac plenissimè pertractantur.

Quibus accesserunt nonnullæ Quaestiones Feudales cum grauissimis Decisionibus Supremorum Tribunalium Inchyæ Civitatis Neapolitanæ.

Opus Iudicantibus, Aduocatis, Causidicis, cœterisque in Foro versantibus perquàm utile, & necessarium.

Cum Summaris, & Indice locupletissimo.

AUCTORE
HORATIO MONTANO

I. C. Neapolitano acutissimo, atque
Aduocato Primario.



~~I Ant. Juris
Num. AA. cap. I.
Num. 46.~~



NEAPOLI. Typis Francisci Sautij Typographi Cur. Archiep.

Sumptibus Dominici Vecchi Bibliopoli sub Signo Sanctiss. Nominis 1767

19
15989



PHILIPPO AVSTRIO
HISPANIARVM,
VTRIVSQUE SICILIAE,
ATLANTICI MARIS,
REGI CATHOLICO
POTENTISSIMO,
NOVI ORBIS
MONARCHAE.



Quoniam, Plutarcho teste, Iustitia legis est finis :
Lex autem Principis opus : Princeps denique
Dei simulacrum cuncta disponens : perquam
rectè facere videntur, qui de legibus, Iurisque
prudencia elaborata monumenta, Principi-
bus dedicant. Cùm enim eius sit leges inter-
pretari, cuius est condere : Princeps autem,
Iuris peritis id munus interpretandi demandet : non immeritò,
qui tantum aggrediuntur opus, Principi velut opifici materiam
suggerentes, dicare debent. Id autem eò magis mihi faciundum
putavi, cùm Regalia iura tueri hoc opere iutendam : quod &

DE REGALIBVS

AC IN TIT. QVÆ SINT REGALIA.

A V T H O R E

HORATIO MONTANO

Iurifconfulto Neapolitano.

SVMMARIVM PRAELVDIORVM.

T It. qua sint Regalia, num sit lex Imperatoris?

Lex carens superscriptione auctoris, cui adscribenda sit?

Regalia tex. nostri, quo modo Regi Italico praescripta sint.

2 Regalia in tex. descripta, num coeteris Regibus debeantur in proprijs Regnis? & sub nu. 3. Quid in Regibus infidelibus? num. 4. Quid in Regibus recognoscentibus superiorem? sub nu. 4. Quid in republica? ibidem.

Regna sunt de iure gentium, immixtata tamen diclamini natura.

Regna sunt triplicis speciei, & quod sit perfectius?

Regna ab eorum origine habuerunt Regalia, & inter coetera, tributum.

3 Pecunia necessaria omni regimini: ad id recensetur oratio Mecenatis ad Augustum.

Optima ratio institutionis Regalium. Tributa indiernda sunt omnibus subditis; eaq; reddenda in proprias eorum utilitates, demonstratur.

3 Regalia non competunt Principibus superiorem recognoscentibus, Regio tamen titulo non decoratis: nisi expressim concedantur.

Clausula, cum iuribus & pertinentijs suis, nam includat Regalia? & de eius vi, & potentia. ibidem.

Regalia non transeunt in concessionariu. nisi expressè fiat. Fallit in Regio titulo. et assignatur ratio differentie.

Regalium concessio strictè interpretanda

est, ita ut concessio uno Regali, non transeunt coetera. Quid si generaliter concessa sint, expressa tamen quædam? ibidem. Quid in Regalibus reseruatatis insignium supremæ potestatis? ibidem.

6 Regalium distinctio, & nu. 49.

Regalia reseruata in signum & prebeminentiam Regia Corona, qua sint? Duces, Marchiones, & Comites, non possunt uti diademate cum radijs, sed simplici corona rotunda in modum Zone. Reges tantum utuntur corona aurea.

Lex Regia qua sit?

Regia suprema potestas super subditos, est in separabilis à Corona: sic & illius pars.

Rex non potest submittere Regnum alteri sine consensu Populi: nec facere sibi parem in Regno, nec separare aliquam Prouinciã Regni à Corona.

Superioritatis Ius praesumitur exceptum & reseruatum in omni concessione, & si amplissima.

Clausula, nil nobis reseruantes, quid operetur?

Regalia praesumuntur concessa cum latuè ad concedentem, non priuatiuè.

Iurisdictio in feudum concessa, intelligitur priuatiuè concessa.

Iurisdictio etiam liberè concessa, subest concedenti circa appellationes, recursus, & querelas subditorum; etiam si concessionarius esset persona ecclesiastica, quid si non constet de titulo?

Regalia concessa remanent sub iurisdi-

A Fione